Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



180

Sicut itaq; illi pro honore dei & non hominũ
hoc concesserunt. sic isti uidentes obesse illud
ecclie pro honore dei prohibuerunt. Immitio
itaq; scã una fuit utrisq;. scilicet salutis ecclie
& honoris dei. Sicut autem conseruari tunc
poterat quod illi fecerant quia non nocebat.
ita nunc deleri oportet quia certissime nocet.
A hoc enim pastores claues ecclie habent. ut
quod nocet auferant. quod uuat inferant.
Quod utrq; pessime negociationi fomentum
subministrare cognoscitur auferendum de
scã ecclia est. ut ipse dñs pcepit dicens. Auferte
ista hinc. & nolite facere domum patris
mei domum negociationis. Non itaq; putan
dum est illos concessisse ut aliquis secularib'
potestatibus usus ecclias p ipsas obtineat. istos
uero quod ipsi male egissent emendasse. sed
potius utrq; hoc studuerunt sicut iam diximus
ut pax firmius teneretur. & symoniaca
heresis confunderetur. Utrq; enĩ decreta anti
quorum patrum clementis & alexandri & sciebant
& custodiebant qui in suis decretis precipiunt
dicentes. Si quis eps secularib' potestatib' usus
non ecclias p ipsas obtineat deponatur.
& segregetur. omnesq; qui illi commu
nicant. Et merito. Nam presulat'
a qui non uoluntate humana sed uocatio
ne diuina sicut de aaron apls dicit pro